

F.6. nume
16
DISSERTATIO JVRIS FEVDALIS

DE

1731

20

SVCCESIONE IN SIMVLTANEAM INVESTITVRAM

EX JVRE ALEM SAX. LONGOBARD. ETC.

QVAM

PRAE SIDE

JO.FRIDER.WERNHERO,D.

P. P. CVR. PROVINC. SCABIN. ET FAC. JVR.
ASSESS. SVBST.

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
EJVSDEMQVE AVDITORIO JCTORVM

D. JAN. MDCCXXXI.

HORIS CONSVETIS


VENTILANDAM PROPONET

A V C T O R

GOTTLOB ADRIAN RICHTERVS,
CYGNEA- MISNICVS.

VITEMBERGAE, STANNO SCHLOMACHIANO.





AUX
GENEREUX ET TRES EXCELLENS
TRES NOBLES ET TRES SAVANS
PRUDENS ET SAGES
SEIGNEURS
LES **BOURGUEMESTRES**,
LE **SYNDIC**,
LES **JUGES**,
LES **SENATEURS**
DE LA TRES ANCIENNE ET FLORISSANTE
VILLE DE ZWICKAU,

MESSIEURS
MES TRES HONORES PATRONS,
ET
MES BIENFAITEURS TRES GRANDS

21 XIA
GENE
MIRAT
RUS
RA
BOURGOUENSTRES
SYNODIS
HUGES
SENATIENS
LA TRES ANCINNE ET PROSPERANTE
VILLE DE XALICRAN

22
X

MESSIEURS,
MES TRES HONORES
PATRONS,
ET TRES GRANDS BIEN-
FAITEURS,

J E ne faurois rapeller dans mon
souvenir VO Sextraordinaires bon-
tés envers moi à mon départ de
Zwickau, nôtre très chere Ville, que
je ne sois constraint de les publier hau-
tement, et en les publiant de VOUS
assurer

assurer qu'il n'est pas posflble, que je
les laisse jamais écouler de ma memo-
re. Aussi croirois-je avoir manqué à
mon devoir depuis ce tems là, si je
ne cherchois les moyens de mettre en
évidence VOS merites peu communs,
et toutes les rares et nobles qualités,
dont VOUS étes si richement doués.
En effet, MESSIEURS, si je me re-
mets devant les yeux VOTRE Zele
infatigable , tant pour l' avancement
du culte de DIEU dans nos Eglises,
que pour faire florir nôtre celebre E-
cole; Si je considere d'autre part VO-
TRE vigilance et VOTRE exactitu-
de sans pareille dans la Police, et dans
tout ce qui regarde le bien public, je
trouve que les plus sublimes louanges
sont

sont infiniment au dessous de VOUS:
de sorte que j'aime beaucoup mieux
garder un silence respectueux sur ce
que je pourrois dire à VOS avan-
tages, que de le vouloir ici étaler. Ce-
pendant puisque je me sens convié par
toutes sortes d'endroits à VOUS don-
ner des marques certaines de mes plus
profonds respects, trouvés bon, MES-
SIEURS, que je VOUS dedie, et
VOUS consacre avec toute la soumis-
sion possible mes Theses, qui sont
les prémisses de mes études Académi-
ques. Et, comme je ne puis m'em-
pecher de VOUS offrir ce petit ou-
vrage, je VOUS suplie de le regarder
de bon oeil, et de l'envisager comm'
un devoir indispensable, au quel je suis

(3) étroi-

étroitement obligé. Je ne doute nullement, que, paroissant sous VOS auspices, il ne soit de beaucoup relevé par l'accueil favorable, avec le quel VOUS Voudrés bien le recevoir. Agreeés donc, MESSIEURS, cette petite marque du profond respect, que je VOUS ai voué, VOUS protestant, que je ne cesserai de conjurer le Tout puissant , de VOUS conserver VOUS et VOS TRES HONORABLES FAMILLES une longue suite d'années en toutes sortes de contentemens et de prosperités et par dessus cela, d'y faire couler abondamment la source feconde de ses plus pretieuses benedictions , aussi bien que sur VOTRE doux et tranquille Gouvernement. En fin, MESSIEURS,

SIEURS, si le ciel VOUS enrichit
de ses dons pretieux, si VOUS étes
dans la plus éclatante prosperité; Si
la fortune VOUS rit; qui est ce qui
doutera de l'état heureux et fortuné
de l'Eglise de Zwickau, dont VOUS étes
les apuis et les soutiens inebranlables;
de notre florissante Ecole, de laquelle
VOUS étes les grands Protecteurs,
de notre chere Ville, dont VOUS
étes les Anges tutelaires. Et quoique
VOUS soyés toujours occupés aux
importantes fonctions de VOS char-
ges, j'ose esperer que VOUS m'acor-
derés l'honneur de VOS grandes Pro-
tections, que j'ai si genereusement ref-
fenti jusq'à present. Au reste je fe-
rai tous mes efforts pour VOUS fai-


re

re connoître dans la suite, que personne ne brûle d'un désir plus ardent que moi d'être avec toute la soumission, le respect et la vénération imaginable

**MESSIEURS,
MES TRES HONORES
PATRONS,
ET TRES GRANDS BIEN-
FAITEURS,**

*Vôtre très humble, très obéissant, et très dévoué
Serviteur*

GOTTLOB ADRIAN RICHTER.



DE successionē in simultaneam investitūram dicturi, primo de illius origine, deinde jure succedendi ipso, postea de varietate ex diversis simultaneæ investituræ speciebus oriunda, porro de casibus ad succendentium classes pertinentibus, ultimo loco de amissione hujus successionis agemus.

Summa dis-
sertationis
capita.

§. I.

Rimas rerum origines & causas habere compertas, non exiguum ad dijudicanda illarum argumenta momentum affert. Ita de cuiusvis rei natura, qualitatibus & connexis judicium ferri, & in primis in nostra jurisprudentia, quid variis diligentium inter se opinionibus tribui debeat, pro qua parte jura hæc illave applicari queant, utrum status noster aliud quid ferat, aut cum priori etiamnum

Origines
rerum nosse,
quid inter sit?



conspiret, discerni potest, uti recte monet MYLER. AB EHRENBACH Archol. cap. 1. §. 3. Propterea historias & jura antiqua non ad subvertendam, sed juvandam juris scientiam, à JCtis evolvenda esse, sæpius a Præside in lectionibus monitum esse recordor. Idem ergo & mihi thema, ab eo suggestum, de successione in simultaneam investituram, pertractaturo cum incumbere videam, quam fieri potest, brevissimis, salvo aliorum judicio, sententiam meam de origine simultaneæ investituræ, & deinde jus succedendi in ipsam, exponam. Materiam non ingratam futuram reor, quia, uti mihi quidem constat, de pertractando hoc capite, nemo hactenus cogitavit.

§. II.

Origo simul. **O**riginem vero repeto ex negata olim successione. invest. est ex Primis enim feudorum introductorum temporis negata olim successione; bus feuda neque descendantibus, neque aliis agnatis deferebantur, quod satis constat ex i. F. i. §. 1. verb. Longob. antiquissimo enim tempore sic erat in Dominorum potestate connexum, ut, quando vellent, possent auferre rem in Feudum à se datam. Postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberet. Deinde statutum, ut usque ad vitam Fidelis produceretur. Sed cum hoc jure successonis ad filios non pertineret: sic progressum est, ut ad filios deveniret: in quem scil. Dominus hoc vellet Beneficium confirmare. Idem in quam Germ. Germania olim obtinuisse, nulli quidem dubitamus, quod prob. sed fatendum tamen est, æque luculenta testimonia, si verba

verba species, nobis haud esse. Ipsa enim vox *feudi* non est adeo antiqua, seculo si quidem ad summum nono, imo post decimum, usurpata primum legitur. Ex re itaque potius, sive materialibus, ad feuda concludendum est. Deinde, quæ nostra est calamitas, ab eruditis dudum deplorata, destituumur Historicorum Germanicorum copia, &c., qui extiterunt, plerique Clericorum ordini fuerunt addicti, quibus magis beneficia, Ecclesiis concessa, vel auctoritatem suam stabilientia, nec non miracula pro se facientia, recensere, quam ad statum publicum pertinentia, prolixè exponere, curæ cordique fuit. Conf. MYLER. l.c. Non tamen omnino historica monumenta deficiunt, & in primis hoc pertinent, quæ feuda non à Longobardis descendisse probant. Sic enim probabile redditur, ab ea gente, unde descenderunt, mores eosdem cum feudis in Longobardos translatos fuisse. Atqui, cum in Italia olim successio in feuda apud Longobardos non obtinuerit, eidem nec in Germania locum fuisse, sequitur.

§. III.

Feuda non à Longobardis primum inventa, sed à ^{1. Origine} Francorum Regibus in Italiam illata, satis jam ab aliis evictum puto. Nolo huc repetere, quæ de *Leudibus*, *beneficiis*, *bonis ex munere regio &c.* allegantur. In primis tota res inde probabilis redditur, quod antiqui Germani, parata pecunia destituti, aliter, quam per bona noviter acquisita remunerari milites vix potuerint. Sed tamen nec bona pleno jure ipsis concedere

A 3

con-

Feudorum
ex Francis,

consultum semper erat, verum metu revocationis facilius in officio continebantur. Porro me movet status Italiae, ad rebellandum proclivis, ubi quidem Franci primo Longobardorum Reges juramento sibi devinctos tributarios, terrasque alieno beneficio possidendas relinquebant, sed, cum ita non consultum sibi viderent, Franci, pulsis Regibus, ditionibus singulis praefecerunt Duces, Comites, similesque, ac eos sibi sacramento obstrinxerunt. At cum neque sic res confecta esset, ex suis tandem Duces Longobardis præpostuerunt. Patet id ex ADELMI BENE-DICTINI, vel secundum alios, ADEMARI Monachi, *Annal. Franc. Reg. ad annum 776.* ubi ait de Carolo M. Rege domum reverso, nuntiatur, *Rodgandum Longobardorum, quem ipse Forojulienibus DVCEM derat, in Italia res novas moliri, & jam complures civitates ad eum defecisse.* Ad quos motus reprimendos, cum sibi festinandum judicaret, strenuissimum quemque suorum secum ducens, raptim in Italiam proscicitur. Rodgando, qui regnum affectabat, imperfecto, civitatibus quoque, qua ad eum defecerant, sine dilatione receptis, & in eis Francorum Comitibus constitutis, eadem, qua venerat via, velociter regressus est. Duces, Comites, vero inter illos fuere, quibus potissimum Feuda primitus conferri consueverunt. THOMAS. *Select. Feud. Tom. I. p. 353. §. 15.* Locus itaque allegatus docet, Carolum M. in Italia feuda concessisse, verum id non ex consuetudine gentis alienæ, sed Germanicæ gentis, factum esse, ex multis locis aliis probari potest.

§. IV.

de qua te-
stantur
a) status Ita-
liae

b) Historici;
Adelmus

§. IV.

Notabiles imprimis in AIMONIO, si quid ipsi tri-
buendum, habentur loci complures. Inter quos Aimonius,
eminet Lib. I. cap. 14. verb. Chlodoveus Milidunum ca-
eum quid sit tribuendum,
strum eidem Aureliano cum totius ducatu regionis,
JVRE BENEFICII, concessit. Quamvis negari non
possit, laudato AIMONIO non æque multum ab o-
mnibus tribui. Hinc THOMAS. eum non quidem
rejiciendum, sed tamen nec magnopere probandum
censet, ex eo, quod demum circa annum 996. ad-
eoque remotis admodum à Chlodoveo temporibus
vixerit; deinde, ait, nullam hujus rei mentionem fi-
eri apud Gregorium Turonensem; esse quoque multa
fabulosa huic historiæ inserta. Verum enim vero aca-
tem, qua vixit Aimonius, quod attinet, facile divinor
causam, cur THOMAS. nominet annum 996. Præ-
missa nimurum est libro Epistola ad Abbonem Abbatem
dedicatoria. Hujus Abbatis autem fit mentio circa fi-
nem Seculi X. Nam 1003. occisus legitur, uti constat
ex PITH. Annal. Franc. p. 526. SIGEBERT. GEMBLAC.
Chronogr. ad annum 1003. Multa vero his reponunt
JAC. DV BREVL, Monachus S. Germani à Pratis & GVI-
LIELM. RANCHIN. Var. Lect. Lib. I. cap. 15. Ajunt
isti, non probabile esse, ab ipso Aimonio ad Abbonem
modo nominatum scriptam esse epistolam, cum cœ-
nobii Floriacensis, in quo ille vixit, nulla usquam in
toto libro fiat mentio, è contrario monasterii S. Ger-
mani Abbates complures commemorentur. Porro
recen-

recensetur charta, in qua hæc verba leguntur: Göz-
LINVS G. D. Abbas Monasterii B. Vincentii Martyris &c.
Anno incarnationis Dn. nostri J.C. VCCCCLXXII. Re-
gni vero Caroli XXXII. & in fine: Aimonius Notarius
Monachus scripsit & subscripsit p[ro]id. Non. Octobr. Rur-
sus monent, ab eodem Aimonio libros duos de inven-
tione & translatione Corporis B. Vincentii &c. esse
scriptos, quorum initium ita se habebat integris literis
expressum: anno 855. incarnationis Domini, regnante
Orthodoxo Francorum Principe, Carolo &c. in ejusdem quo-
que libri cap. 2. lib. I. indicari ab Aimonio, quod tunc
temporis vixerit. Sed nec opus est, in hæc opero-
sius inquirere, suffecerit nobis, desiderari à Thoma-
sio auctoritatem Gregorii Turonensis. Sed, uti Hi-
storicus prolixè rem narrans non sit sublestæ fidei,
quod alias sit brevior; ita nec Aimonio obstat, quod
Gregorius Turonensis in hac materia valde concisus
fundi Aurelianensis mentionem haud faciat, maxime,
cum historia ista egregie respondeat *epitomis*, quæ ex-
tant in antiquis Manuscriptis, & nomen Episcopi Tu-
ronensis præ se ferunt, quas vide in MARQ FRED-
HER. Corp. Histor. Franc. In his, cap. XI. seqq. quod
superius ex Aimonio retulimus, iisdem propemo-
dum verbis & circumstantiis continetur, præsertim
cap. 14. habentur ista: *Acceptique Aurelianus castrum*
Milidunense, quem in DVCATVM accepit. Atque ita
alterum desideratum Thomasianum forte est emen-
datum. Quid? quod ipse THOMASIVS hunc lo-
cum Aimonianum probet in Select. feud. Tom. I. p. 318.
Super-

Epitoma
Turon.

Superstitionem vero aliquam redolentia in omnibus fere deprehenduntur Pontificiis Scriptoribus & Historicis pro indole illorum temporum. Sed propterera res haud repugnat, fidem iis historicam in reliquis habere. Et tribuendum multo magis aliquid Aimonio, quia, ut ipse facetur, sua ex Historicis, qui tunc extitere, depromxit, & præsumta bona fide retulit. In Monasteriis etiam tunc temporis unice fere rerum monumenta asservabantur. Denique non contemnendus locus in *Chronico GOTTFRIDI VITERBIENSIS P.XVII.* ubi de Carolo Martello scribitur: *Anno igitur ab incarnatione Domini 714. Major domus erat iste prefatus Carolus, cognomine Martellus, qui pater Pipini Nanifuit, & avus Caroli M. &c. omnes Gallias & Hispanias vicit, & Ecclesiam Rom. atque Italiam à Gotbis liberavit, & ipse primus decimas Ecclesiastarum consensu Zacharie Pape militibus dedit in feudum &c.* Licet enim seculo demum XII. vixerit iste Gottfrid. multas tamen Bibliothecas vidit, & monumentis instructus fuit. Quamvis etiam recentiori voce: *feudum*, utatur, tamen dubium non est, quin rem ipsam, licet olim aliter nuncupatam, postea usurpari coepit & propriis vocabulis expresserit.

Gottfr.
Viterb.

§. V.

Valeat itaque Aimonii locus, sive auctoritate authenticā, sive allegatarum epitomarum, vel aliis, unde sua desumfit, scriptoris beneficio, tamen manifestum redditur, Jura Feudalia originem non

B

Lon-

Longobardis, sed Francis & Germanis potius, debe-
re, adeoque, quod de successione Longobardica di-
ctum, etiam in Germania obtinuisse. Id vero ulterius
jam ex A MONII l. c. deducimus. Agitur ibidem de
fundo à Chlodovæo, Francorum Rege, jure bene-
ficii, concessio, quod ex Computo Calvisiano factum
Sec. V. annum circiter 486. At fere integro Secu-
lo demum post ingressi Italianam sunt Longobardi,
Italianam post anno sc. ex eodem computo Calvisiano 568. Atqui ne-
mo tam stupidus facile reperiatur, qui jura feuda-
lia ex Longobardis ante in Italia orta dicat, quam
illi eo pervenerunt. Procul ergo dubio, cum feu-
dalia jura per Germanos ad Longobardos pervene-
rint, in plurimis una eademque utrobique fuit feu-
dorum, successionisque feudalis, natura.

§. VI.

Ex deductis concludi potest, initio in feudis nec
liberos, nec alios, ad successionem admisso. Post-
feud. in successionem ea vero, uti docet alleg. i. F. i. *Constitutione Con-*
2. probatur, Germanis o-
feud. in radina extensa successio est ad liberos & collatera-
lim non ob-
tinuisse, ex-
Germ. qui primi eam introduce-
ant.
Constit. Imp. etiam ante illum idem obtinuerit, aliasque Anteces-
forum simile quid jam constituerit, & qua ætate
ad factum, iterum dubitari solet. Initium ejus rei
ad tempora Ludovici Pii refert SCHILT. d. nat. suc-
cess. feudal. §. 6. alii inoti textu i. F. 19. ubi Lotharii
fit mentio, à Lothario I. alii à Lothar. II. ætate de-
ducunt, & hunc potissimum rem plenius constitu-
isse

isse, arbitrantur. Sed pro Lotharii II. temporibus manifesto nihil ex textu, quin potius contrarium, infertur, cum mentio Eugenii Papæ ibidem fiat. Sedit autem Engen. II. temporibus Lotharii I. Alii soli Conrado II. primas deferunt, & anno 1027. cum Romam proficeretur, hanc constitutionem ad preces Vasallorum Imperii promulgatam afferunt. Sed THOMAS. disp. d. orig. feud. §. 16. rem à Pipini ætate repetit. Mea sententia clarior Constitutione Lotharii & Conradi locus de successione feudalí non facile ex temporibus antiquioribus producetur, Lotharii autem constitutio, quæ i. F. 19. habetur, hæc est: *Si quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, & nepotem reliquerit: in beneficium avi in patris vicem succedit. Et si heredem & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipse succedit. Et si filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium avi succedat.* Et Conradina Constitutio s. F. 1. ita se habet: *precipimus etiam, ut si aliquis miles, sive de majoribus, sive minoribus, ex hoc seculo migraverit, filios ejus beneficium tenere &c.* Non desunt equidem vestigia in antiquis monumentis, quæ, ad liberos feuda devoluta esse, docent; sed id solum beneficio singulari, non lege universali, factum est. Huc mihi pertinere videatur ex variis circumstantiis locus AIMONII cap. 17. verb. *Quibus & Initiacens contulit (Rex Chlodoveus) pre-dium, & ut ipsi ac posteri eorum illum possiderent locum, per suum firmavit pragmaticum.* Nec est, cur te nomen posteriorum offendat, ex quo allodialis fundus colligi solet. Eodem sensu de feudis dixit WIPPO

in vit. Conrad. Locum vide apud THOMAS. select. feud. Tom. I. p. 156. Et tales loci forte Pipino antiquiores produci non pauci possunt, si quidem in illis allegandis ad circumstantias ex præscripto Thomasiano cit. diff. §. 12. attendere velis.

§. VII.

3. ex reliquiis
Jurium Ger-
manicorum,
in quibus
collaterali-
bus successio-
negatur.

Tandem, ut ad Collaterales deveniamus, his quidem successionis jura tribuuntur, qua feuda paterna 1. F. 2. & 1. F. 19. sed SCHILTER. ad Jus Alemann. cap. 43. §. 5. & Diff. d. simult. investit. cap. 2. §. 1. item d. nat. success. feud. cap. 1. §. 5. 6. lit. g. sic limitat hanc doctrinam, ut dicat, tacite subintelligendam fuisse conventionem de mutua successione & simultanea investitura, qua omissa neque collaterales admittebantur. Monet tamen, id in Germania strictius observatum, sed in Italia pedetentim plane neglectum, & successiones simpliciter jure sanguinis delatas esse, cum Status regni Italici à moribus & Imperio Germ. de facto recederent. Juvant hanc ipsius sententiam egregie Leges ipsæ Imperatorum Germanicorum, quæ, ut videre est ex 2. F. 55. §. 1. ad Alemanniam directæ fuerant. Sed nihilominus jura Germanica, quæ adhuc scripta prostant, non deferunt successionem, nisi concessa expectativa. Sic VET. AVCTOR de benefic.. quem edidit THOMAS. ex Biblioth. Eybeniana Select. Feud. p. 71. §. 25. hæc habet: homo, carens filio, hereditat in dominum possessionem beneficii, sicut & beneficium, nisi dominus concesserit alicui expectationem beneficii. Add. Jus Alemann. cap.

4) Auctoris
cujusd. veter-
ris

5) Juris Alem.

cap. 43. §. 2. verb. es erbet niemand Lehen / wenne
der Vater uf den Suhn das Erbe Lehn; ubi feu-
dum hæreditarium non eo sensu dici, quo communi-
ter intelligitur, facile patet; item Jur. Sax. Feud. cap. 6. c) Saxon.
es vererbet niemand kein Lehn / denn allein der
Vater auf den Sohn. Testatur quoque CARDI-^{d)} testim.
NAL. HOSTIENS. de iisdem consuetudinibus Germa-
niæ. vid. SCHILT. ad l. c. ubi longo post Constituti-
onem Conradinam tempore id observatum traditur.
Cum itaque successio feudal is initio valde restricta fue-
rit, pro ea obtainenda peculiaria in liberos concepta pri-
vilegia, consangvineis item expectativæ, simultaneæ
investituræ &c. concedi cœperunt. SCHILTER. ad Jus
Alem. cap. 12. §. 11. Orta hinc sunt nomina, *Ungefall* /
Anwartschafft / *Geding* / *Mitbelehnshafft* &c.
IDEM d. investit. sim. Princ. cap. 2. §. 2. rem istam plu-
ribus exemplis illustrat. Et harum quidem natura ^{e)} præcos
pro diversitate terrarum, temporum, aliarumque cir-^{hodiernæ}
cumstantiarum varie est ordinata. In primis receptio ^{f)} ter-
ris.
Juris Longobardici effecit, ut alicubi plus, alicubi mi-
nus, in aliis vero locis etiam plane nihil, de antiquæ
successionis legibus retineretur. Tenacior vero præ
aliis Saxonia fuit pristinorum patriæ morum, uti ex
inferioribus patebit. Hæ itaque sunt simultaneæ in-
vestituræ origines; ex quibus, si quid auguror, non
parum perspicuitatis & utilitatis sequentibus accedet.

§. VIII.

At in primis de ipsa in simultaneam investitu- Secundum
ram B. 3 Diff. caput.

ram successione graviter nobis obstant varii diversorum iurium textus. Ita enim ait supra dictus VET. AVCTOR d. benefic. §. 33. bona, que non habet homo in possessione sua, & que non sunt sibi demonstrata, hec non hereditar in filium &c. & §. 20. Si heres beneficialis, sc. filius, sibi deest in die obitus, MATER. dubit. NVS SECVNDA non habebit beneficia, nisi in beneficiis ejus in die sui obitus ea in sua habuerit warandia.

In his textibus simpliciter successio denegatur in ea bona, quæ vasallus tempore mortis non possedit, adeo ut nec filius, nec expectativa donatus, admittatur. Ergo, quid de simultanea investitura statuendum sit, in aprico positum videri posset. Isdem verbis utitur Jus Sax. Feud. art. 11. pr. Welch Guth ein Mann in seinen Gewehren nicht hat / und ihm nicht angewiest ist / dem mag er nicht folgen an einen andern Herrn / ob der erst stirbet / noch geerben an seinen Sohn. item cap. 5. an dem Geding ist kein Folge forder nicht. Porro cap. 47. Umgefalle mag man wohl leyhen / da ist aber kein Folge an / man erbet es auch nicht an die Söhne. nec non cap. 59. Alle Lehen ohne Gewehr darben

¶ Longob. der Folge. Præterea de Jure Feudali Longobardico, ob textum 1. F. 27. res dubia videtur, cum ibi disputetur; num valeat investitura de militis sui feudo, & implicite negatur, si vel non consenserit, vel feudi successorem habeat: Denique 2. F. 35. simpliciter & pure facta de Vasalli beneficio investitura improbatur.

§. IX.

§. IX.

Varie ab aliis his textibus occurri solet; omnes tam
men in eo consentiunt, hodie aliter se rem habe-
re, & transmissionem ad hæredes fieri. Id de expe-
ctativis afferunt STRYK. Vol. VI. Dissert. d. different. Jur.
Sax. feud. à jure Comm. Differ. I. §. 19. BERLICH. P. II.
Concl. 54. num. 37. & 38. STRUV. Synt. Jur. Feud. cap. VII.
th. 8. num. 1. STRYK. Vol. I. Dissert. d. expectant. cap. V.
num. 30. TITIVS Lehn-R. cap. 13. §. 22. p. 247. & Jur.
priv. Lib. XI. cap. 6. §. 15. p. 1411. Quodsi ergo simplex
expectativa transmittitur, multo magis jus simultaneæ
investituræ, utpote longe potius, transmitti censem-
dum est. Nec argumentum nostrum falli, complu-
res testes producere possumus, qui idem de simulta-
nea investitura sentiunt. Conf. STRYK. cit. diff. d. ex-
pect. l. c. n. 38. HARTM. PISTORIS quæst. 25. num. 35.
SCHVLTZ. Synops. Jur. Feud. cap. 9. num. 61. p. 707.
CARPZOV. P. II. Conf. 45. Def. 15. num. 2. it. Def. 9.
ESBACH. ad b. l. Rationibus ita judicantes non de-
stitui, arbitror. Quos enim retulimus textus, reliqui-
as juris pristini, quo nec liberi succedebaar, censemus,
sed, abolito eodem, illas retineri, minus rationi con-
gruum ducimus. Feudum itaque ipsum cum trans-
mitti possit, quidni & promissio feudi? Transeunt i-
psa jure naturali omnia pacta in hæredes, nec aliud ju-
ris feudalnis analogia, quin potius contrarium, sugge-
rit. Non ergo appetet, quare hic exceptio statui de-
beat. Certe, licet olim talis consuetudo obtinuerit, ;
tamen per contrariam consuetudinem, de qua unani-
miter

Respondetur
ad rationes
dubit.

Refutatur
Schurff.

miter DD. testantur, aboleri potuit. Solus, quem recordor, Ordin. quondam Viteb. SCHVRFF. Cent. II. Cons. XI. num. 3. seqq. &, qui illum sequitur, KLAMMER. JCtus quondam Luneburg. promtuar. Jur. Civ. & feud. tit. I. §. 10. num. 4. nobis de Sax. Elect. controversiam movet, ajens: *mortuo investito investitentem, vel successorem, teneri ad tradendam possessionem fundi herediti investiti mortui, antequam dies investitura cesserit, sed id tunc solum habere locum in Aula Electorali & Ducali, quando tempore mortis possessoris supervixerit investitus, & si ante decesserit, talem investitoram non transire ad heredem.* Provocat propterea ad consuetudinem notoriam. Sed, soli huic asserto fide-re non licere, ex superioribus satis patet, ubi per har-monica recentiorum DD. testimonia contrarium satis evictum est. Facit etiam hoc argumentum Mand. Elect. de anno 1657. verb. wegen der abgelebten Mit-Behynten/ und nachgelassenen Lehns- Erben. Frustra sane mentio l. c. fieret heredium simultanea investiti feudalium, si talis investitura ad heredes non transiret. Quod attinet textus feudales Longobardicos prior explicari solet de investitura in casum mortis Vasalli facta, qui tamen alium successorem habet. Posterior vero nec solidum dubium movere potest, quia contradictionem ipsa investitura involvit. Nam feudum Vasallo à Domino collatum in aliud transferri iuvito ipso non potest. Fieret autem hoc, si quis pure de alterius feudo investiretur. Ergo inutilis talis est investitura; neque eadem, Vasallo mortuo, effectum exerit, quia

quia in istum casum non est concepta. E contrario pro nostra sententia stant textus apertissimi, in primis i. F. 9. verb. *Si quis investitus de alieno feudo, sive premo-riatur tenens feudum, sive investor, vel investoris ha-redes; tenentur investito, vel hæredi ejus veniente tempo-re vel conditione, &c.*

§. X.

Num etiam in successorem Domini transseat hæc si-
multanea investitura, & num iste ab antecessore factæ simultaneæ investituræ stare teneatur, pariter di-sceptatur. Certe obstare videntur textus superius ci-tati, in pr. Sächs. Lehn.-R. cap. XI. verb. *dein mag er nicht folgen an einen andern Herrn.* Sed & hoc loco aliud in praxi introductum. HARTM. PISTOR. quest. 26. num. 17. BEYER. pos. Jur. feudal. cap. 6. tb. 59. KLAMMER l. c. CARPZOV. P. II. C. 45. D. 5. n. 5. In-primis vero de Saxon. jure Electorali res certa est, se-cundum quod expresse pro sententia, quam diximus, decidit cit. P. II. Const. 45. verb. daß dieses Fallß nach ge-meinen beschriebenen Lehn.-Rechten (sub quibus alia, quam Longobardica jura, intelligi non possunt) hin-führo soll gesprochen werden/ und nehmlich/ wenn ein Lehn.-Herr weltl. Standes Jemandes ein Ange-fäll verschreibt/ obgleich seiner Erben darinnen nicht gedacht/ daß dennoch dieselbe/ wo sich der Fall zutrü-ge/ solche Verschreibung/ so weit/ als die Verglei-chung geschehen/ inhalts dessen Buchstabens zu hal-ten schuldig seyn. Jure Feudali Longobardico autem,

C

quod

2. ex parte
investientis
successorum
quid obti-
near?
Rat. dub.

quod juxta monita sub titulo: *Der gemeinen beschriebenen Lehn-Rechte* / procul dubio intelligendum, eadem doctrina proponitur i. F. 3. & primo distinguitur, utrum successor titulo universali an singulari succedat; atque successor singularis eximitur confirmandi prioris investituras necessitate, nisi vivente investitore jam in possessionem missus fuerit investitus. Ratio hujus doctrinæ procul dubio hæc est. Pascuntur investiens & investitus de casu: si res prioris sit futura; atqui, cum ejus nunquam facta fuerit, casus non extitit; ergo nec pactum valere potest. Quod si vero hæres Domini simul consequatur Dominium feudi directum, & postea ipsi apertum reddatur feudum, tunc illud ob unitatem personæ moralem, quam hæres cum defuncto sustinet, conferre tenetur. Conf. omnino STRUV. *Synt. Jur. Feud. cap. VII. apb. 9.* & HARTM. PISTOR. quæst. 26. ubi plures exceptiones, & alia huc pertinentia, habentur, quæ huc transcribere dubitamus. Ex his facile intelligi potest, si multaneam Antecessoris investitaram à successore feudi singulari non, nisi ex gratia mera, attendi; at ab universali successore præcise agnoscenda est à defuncto concessa simultanea investitura. Denique, cum etiam in Sax. El. concessa sit Vasallis, feudum novum acquirentibus, facultas simultanee investiendos præsentandi, eadem transit in liberos, mortuo ante præsentationem Vasallo. Mand. Regio-Elect. de anno 1700. Cod. August. Tom. I. p. 1975. Forte lucem aliquam huic rei affundet, vel saltem praxim fori confirmabit

Re-

Nam & jus
præsentandi
in heredes
transcat.

Responsum ab amplissima Facultate Jurid. hujus loci
Mense Aug. 1729. datum, & à Præside mihi cōmunicatum, cuius caput concernens huc transcribam, alias
enim quæstiones simul tractatas omitto.

Auf vorstehende facti speciem und angehängte Rechts-
Fragen erachten in Rechten ergründet /

Obwohlen es scheinen will / daß die von denen be-
den Gebrüdern von N.N. hinterlassene Kinder von
der Mitbelehnshafft nunnebro schlechterdings aus-
zuschliessen / weil solche eines theils binnen Jahres-
Frist nach beschéhener Theilung gesuchet werden
sollen /

CARPZ. P. II. C. 45. Def. 24. n. 3.

andern theils / in denen gemeinen Sächs. Lehn-Rech-
ten enthalten / daß die Mitbelehnshafft auf die
Kinder nicht vererbet werden möge /

Sächs. Lehn-N. cap. II. § 26.

zumahlen die vorbehaltene Mitbelehnshafft von
der N.N. Lehns-Curie nicht confirmiret/ auch/ dafer-
ne jene niemahlen extinguiret werden sollte/ die re-
servirte freye dispositio de feudo sehr gehindert
würde;

Dennoch aber und dieweil/ was die Euchung und
confirmation der Mitbelehnshafft betrifft/ jus tertii &
domini darunter versiret / derhalben die N.N. Kinder/
wenn Dominus feudi ihnen zu condoniren gemeynet/

C 2

in

in Suchung der simultaneæ investituræ von dem posseſſore feudi in Anſehung ſeines eigenen pacti und reverſes nicht gehindert werden mögen/

STRUV. Synt. Jur. Feud. cap. XV. §. 12. p. 575.

in mehrerer Erweigung/ das Jus Sax. Comm. anderſt nicht gültig iſt/ als in fo fern es in praxi recipiret/ daß gegen obangezogene Stellen hergebrachter observanz nach nicht attendiret werden/ ſondern Jus simultaneæ investituræ, ja auch expectativa, allerdingſ auf die hæredes, tanquam jus ex pacto quæſitum, transfe-
riret wird/

STRAVSS. diſp. d. Jure Expect. §. 31.

STRUV. l. c. C. 7. §. 8.

HORN. Jus Feud. C. 12. §. 8.

CARPZ. P. II. C. 45. Def. 9.

ſolcher gestalt aber nicht abzufehen/ warum die N. N. Kinder/ wenn ſie die Mitbelehnſchaft erlanget/ ſolche hinwieder an den Testaments-Erben/ als ihren noch lebenden Vettern/ den von N. N. abzutreten verhunden feyn sollen/

So erscheinet daraus allenthalben ſoviel/ daß die Kinder derer verſtorbenen Gebrüdere von N. N. die Mitbelehnſchaft an dem Ritter-Guth N. N. zu ſuchen wohl befugt/ ſolche aber dem eingesetzten Erben zu resigniren nicht ſchuldig.

§. XI.

§. XI.

E vieto jure succedendi in simultaneam investitu-
ram, tam ex parte investientis, quam investiti, jam
de varierate simultaneæ investituræ, casibusque huc
pertinentibus, dispiciemus. Primus casus, qui vulgo
huc refertur, est, ubi duo de eodem feudo, sive ab ini-
tio, sive ex postfacto, consensu possessoris interveni-
ente, investiuntur, & in possessionem jure æquo mit-
tuntur. Id vel pro diviso, vel indiviso fieri potest. Ra-
tione utriusque casus in effectu quidem non exigua
est differentia, v. gr. in dicendo testimonio, dispositio-
ne libera de sua portione &c. vid. *Jus Alemann. cap. 16.*

§. 1. 2. & 3. *Jus Sax. feud. cap. 7. in fin. & cap. 8.* sed quid inter sit,
qua socii successionem in feudo novo, nihil inter- si pro diviso
est. Neuter enim in alterius partem succedit; ve- aut indiviso
rum, mortuo Convasallo, liberi ejusdem admittun- concessum
tur. Quibus non extantibus, feudum, siquidem
novum fuerit, ad dominum revertitur. Ratio ejus
reddi potest, quod inter vivos jus accrescen-
di cesseret. *EYBEN. Elecēt. Jur. Feud. cap. 6. §. 10. n. 3.* At
in feudo antiquo collateralibus juxta communes suc-
cessionis regulas prospicitur de Jure Longobard.
sive divisum fuerit, sive indivisum. Verum in *Sax.* aliter in *Sax.*
alibique, ubi simile jus consuetudine introductum est,
utique refert, an feudum divisum fuerit possedium, an
pro indiviso, siquidem juxta tritum illud: *Theilung*
bricht die gesammte Hand/ post divisionem jus suc-
cedendi, etiam in feudo antiquo, expirat. Vbi vero
pactis

pactis aliter fuerit conventum, procul dubio in successionem socius admittendus est, quo referunt, si feudum in solidum concessum Dominus voluerit, STRUV.
Synt. Jur. Feud. cap. IX. th. 4. n. 1.

§. XII.

Probationes
sententiae,
1. ex Jure
Longob.

Probabimus hæc omnia Jurium Feudalium textibus. Primo de Jure Feudali Longobardico habetur textus 1. F. 14. Si duo fratres simul investiti fuerint de beneficio NOVO, ET NON DE PATERNO: si unus eorum sine descendantibus masculini sexus mortuus fuerit, Dominus succedit, non frater. Idem repetitur 2. F. 12. verbis plane iisdem. Et 1. F. 8. dicitur: in alio feudo, quod initium habuit à fratribus, unus alteri non succedit. Auct. Vet. dit, sive una investitura, sive duabus. AVCTOR VET. quem supra citavimus, his pariter non contradicit, cum §. 83. seq. ita ait: plures possunt uno in beneficiari beneficio, ita ut illud simul suscipiant, & aquale jus in hoc habeant, quamdiu simul manserint. Si autem voluerint ab invicem separari, absque licentia domini, dividant inter se secundum lubitum totaliter concessum beneficium. Sed postea illorum nullus in parte alterius aliquod jus habebit, cum alter obierit, nisi suscepit à domino expectationem in beneficiis. Duo hic notanda, primo comprobatur dicta regula juris Sax. Theilung bricht die gesammte Hand. Deinde videri possunt ultima verba ex natura contrariorum id velle, successioni locum esse, cum pro indiviso feudum est possessum, è contrario exulare tunc solum successionem, si feudum divi-

divisum fuerit. Verum de argumentis, à contrario sensu petitis, ut nihil dicam, cum satis constet, his plerumque parum roboris inesse, id solum moneo, supponi in textu citato feudum antiquum, ubi de patris sui beneficio investiti sunt plures liberi. Id patet ex ^{3. Jure Alem.}
& Sax. collatione *auctoris* hujus *veteris* cum *Jure Alemann.* cap. ^{3.} §. 1. 2. 3. verb. ein Herr mag vielen Brüdern ein
 Lehn liehen / daß sie es mit gesampter Hand empfan-
 gen ^{r.} & *Sax.* *Feud.* cap. 32. ubi eadem rursus ha-
 bentur. Et, fratribus nomine intelligi plures unius
 Vasalli liberos, patet ex *Jure Alemann.* c. 58. §. 6.
 Nec est, cur obvertas, plures liberos per se ad feu-
 dum esse admittendos, potius ergo hanc plurium
 fratribus investituram de novo accipiendam. Te-
 nendum enim est, de jure Germ. impr. *Alemann.*
cap. LX. §. 1. & *Sax. c. 29.* *AVCT. VET.* §. 76. Domi-
 num non teneri, nisi unum ex filiis Vasalli mortui, in-
 vestire, secus ac *Jure Longob.* 2. F. 26. §. 4. ita ut electio in-
 vestiendi modo penes liberos Vasalli, modo Dominum, sit.
 Si vero plures investire velit, id ipsi per *cit. text.* licet,
 simulque ostenditur, quid deinde mortuo uno juris
 sit. Cæterum, in allegatis Cap. utriusque & *Alem.*
 & *Sax.* *juris,* reliqua, quæ de successione liberorum
 in hanc simultaneam patris investituram diximus,
 confirmantur. Denique nostræ doctrinæ de succe-
 sione in alterius Convassalli partem hand obstat texrus
Alemann. jur. cap. 68. §. 3. versionis *SCHILTER.* verb.
 quoties liberi & pater in communione equali feudi posses-
 sione constituti, deque eo communiter investiti sunt, mor-
Rat. dub. 1.
tus

Resp.

tuo patre, locum ejus occupant, neque tenentur investitum iterum petere. Manifestum siquidem est, succedere liberos non ex capite simultaneæ investituræ, sed jure successionis sibi competentis. Quamvis etiam investitura sit remissa, id non alio fit ex capite, quam quod cum reali possessione jam sint investiti.

§. XIII.

Species 2.

Pergimus ad reliquos simultaneæ investituræ casus, quos DD. communiter recensent. Huc pertinent sequentes; si duo de feudo investiti, ita tamen, ut uterque possideat quidem, sed unus tantum fructus percipiat, alter vero post mortem succedat. Porro, si unus in possessione solus esse debet, investito autem interim nec possessio, nec aliud quid, competit, sed sola succedendi spes. De hoc casu agit *Jus Alemann.* cap. 68. cap. 1. 2. & simul modum succedendi declarat, quem cum brevius exponere non possimus, statim addimus ipsum textum: *Obe ein Herr libet Kindern ires Vaters Guth by des Leben / unde der Vater das Guth allein in seiner Gewehr (i. e. possessione) hette unz an seinen tod. Nach des Vaters Tod kommen die Kinder / und bitten den Herrn / daß er das gedencke / daß er ihnen das Guth liehe mit ihren Vätern / und daß er ihnen ihr Lehen erlaube.* item: *die Kinder hilft mit / daß sie das Gut mit dem Vater entphiengen / wenne sie der Gewehr nüt anhatten / so sollen ihr Lehen fordern / als von erst.* Hanc simultaneæ investituræ speciem abusivam vocant. Sunt tan-

Species 3.

tandem & aliqui, solam expectatiavm huc referentes. Peculiaris vero est simultanea investitura, in Sax. præ- species 4.
cipue recepta, qua quis de feudo ab alio posseſſo, in casum aperturæ quidem investitur, sed tamen jus ali-
quod reāle, aut certe juris realis æmulum, consequit-
ur. Hujus definitio & natura in alia sub ejusdem Præ-
fidis moderamine ante aliquot annos habita Disserta-
tione: *de simultanea investitura non alienabili*: satis
est explicata. Ad istam simultaneam investituram
Saxoniam potissimum, quæ hinc inde in Germa-
nia recepta, juxta SCHILTER. *Diss. d. simult. invest.*
De qua præ-
cipue hic a-
gatur.
cap. II. §. 2. seqq. & HORN. Jur. Feud. cap. XII. §. 27.
*in seqq. reliquis tamen non omnino omissis, respi-
cimus maxime, cum ex hac tenus deducatis, partim
etiam deducendis, de reliquis judicare difficile non
sit.*

§. XIV.

Progredimur ergo ad classes succedentium in si-
multaneam investituram. Facillimum hic mihi foret, siquidem aut sumtuosam disputationem, aut integrum tractatum pararem, ad singula capita suc-
cessionis feudalis excurrendo, atque eadem ad simul-
taneam investituram applicando, justum volumen con-
scribere, præsertim si viæ hac tenus tritæ insistere, &c.,
quæ de juribus civilibus infarciri solent, cumulare vel-
lem. De industria autem abstineo generalibus Juris Civilis & feudalis principiis, ac, uti in hac tenus expo-
fitis feci, in sequentibus materiam propositam preſſe

D secu-

secuturus, aliquas solum meditationes de successio-
num classibus commemorabo. Itaque, num per testa-
mentum relinqui possit simultanea investitura, aut jus
ex illa competens legari &c. non quæro.

§. XV.

quær. I. de
transmissio-
ne inhabi-
tuum posse-
forum,
circa feuda,
Rat. dub. ex
Auct. Vet.

& Jure Sax.
it. Alem.

Illud autem occasione inhabituum in mentem venit,
num, si talis sit simultanea investitus, etiam in libe-
ros suos hanc investituram transmittere possit. Cer-
te id negat Auct. Vet. §. 5. verb. *Si quis uni istorum*
(ex Clericis, mulieribus, rusticis, mercatoribus) con-
cedit beneficia, beneficialia solus ab eo habebit jura, in fi-
lios suos autem non hereditabit. Consentit in totum
Sächs. Lehn-R. cap. 2. Pfaffen und Frauen sc. sie
erben es aber nicht an ihre Kinder sc. Hic & alii
complures loci me movent, ut credam, Auctorem
citatum antiquum Saxonicas potissimum consuetudi-
nes compilasse. Recedit enim ab illo *Jus Alemann.*
cap. 1. §. 5. verb. und fällen die Lehn an ihre Kinder.
Tribuuntur quoque ibidem ejusmodi personis privile-
gia feudalia, quæ sexto clypeo, id est, Nobilibus, com-
petunt. Negari tamen nequit, à se ipso dissentire
Jus Alem. dum cap. 103. §. 4. dicitur: von der Frau-
en mag niemand Lehen geerben/ wenne (ponitur ubi-
vis pro denn) sie des Heerschildts darbet. Nisi pro
conciliatione dicere velis, agi in cit. §. 4. de trans-
missione feudi in maritum, non in descendentes,
de quibus caput 1. §. 5. loquitur. Cui tamen concilia-
tioni obstat primo ratio generalis in textu, deinde vox:

nie;

niemand; rursus, quod maritus per se succedere regulariter non possit. De Jure feudali Longobard. quid juris sit, ex multis textibus potest addisci. v. g. i. F. 15.
sed secundum aequitatem dicamus, filios debere succedere.
 Quamvis autem ibidem in feudis à valvasoribus majoribus & minoribus posséssis, ita statuatur, seq. tamen tit. i. F. 16. de minimis contrarium habetur, & valvasoribus & Longob. minoribus feudum, ab ipsis concessum, eis auferre, per- atque simulmittitur. Verum ex collatione textus citati, nec non i. F. 1. Rep.
in fin. & i. F. 7. facile intelligi potest, id primum in omnibus feudis, à recensitis personis concessis, generale fuisse, deinde contraria coniuetudine esse immutatum, quod docent verba i. F. 7. moderni autem, non ita subtiliter cernen-tes, dicunt idem observandum in minimis. Et per Ger- vsus hodi- maniam id in genere, quod de Vasallorum cætero-ern.
 quin feudalis juris non capacium successione diximus, observari tradit SCHILTER. ad cit. text. Jur. Alemann. §. 28. In Sax. El. id minus dubii habere videtur, cum per P. III. Const. 28. Clerici &c. ad successionem vo- centur. Multo magis ergo, si talis investitus sit, jus suum in successore transmittit. Adde CARPZOV. ad cit. Const. STRUV. Synt. jur. feud. cap. 5. num. 1. tb. 15.

§. XVI.

Tetigimus §. 12. quæstionem, quid obtineat, si plu- uberior ex- res sint simultaneæ investito liberi, circa successio-nem. Diximus ibidem, dominum teneri non ad o-mnes Vasallorum liberos investiendos, posse tamen id facere, si velit. Hoc ergo, si rationem & analogiam D 2 plicatio §. 12.

juris

juris Longobardici sequi velis, non ita intelligendum,
 ac si communionem prohibere posset, sed id solum vel-
 le videntur jura ibi allegata, urgere posse Dominum,
 ut unus ex pluribus liberis constituantur provasallus,
 qui reliquorum vices subeat, pro illis officia feudalia
 praestet, ne Dominus in plures distingatur, cum com-
 mune hominum sit vitium, negligentius curari, quod
 per plures expeditur. Atque ita explicat SCHILT.
 ad cap. 58. §. 9. seq. jura §. 12. allegata; conciliat
 etiam hoc modo sibi invicem jura Germanica, &
 2. F. 26. §. omnes filii. Concludit enim ad cap. 58. §. 10.
 in fin. Ex jam disputatis constat, arbitror, luculententer,
 non esse discrimen inter nostra jura feudalia, in hoc qui-
 dem arguento, multumque lucis affundere jus Alemanni-
 cum & Saxonico & Longobardico, atque cum usu forensi
 Germanorum magis convenire. Negat quoque §. 12. re-
 novationem investiturae ab omnibus Vasalli filiis peten-
 dam, & fidelitatem faciendam; propterea texum:
 omnes filii ejus, qui feudum acquisierint, fidelitatem fa-
 cere debent, maxime, si indivisum habent, cit. 2. F. 26.
 cum CVJACIO emendat, & vocem: divisum, substi-
 tuit; porro, maxime, in textu intelligit cum restri-
 ctione ad sequentia; tandem etiam Pædantisimi re-
 um statuit, qui ab his dissentiat. Verum ego ni-
 hilominus absque tanto crimine, quo me maculari
 nolo, dissentire me posse in aliquibus arbitror. In
 hoc SCHILTERO consentio, quod sufficiat, Vasalli
 liberos provasallum constituisse communi consen-
 su; ajo etiam sufficere, unum juramentum ad omni-
 um
 Concessum.

um mandatum esse præstitum; neque defendo, servitia multiplicari debere, sed pariter arbitror, ab uno præstata omnibus prodesse; amplius correctionem Cujacianam non improbo, sed magis & rationi & juris analogiæ congruam duco. At in duabus aliis lapsus mihi videtur bonus SCHILTER. & quidem primo putat ille, textum citati juris Longob. omnia his concessis contraria inferre, cum tamen res ipsa loquatur, singulos, qui possidere cupiunt, fidelitatis nexu liberari haud posse. Cum enim partem feudi teneant, & Domini beneficio perfrui cupiant, sive id fiat pro diviso, sive indiviso, aut jurare, aut legitimo mandato provasallum constituere, debent. Sed ex juramento hoc, si ab omnibus præstetur, non præcise sequitur obligatio ad majora servitia. Repugnat etiam voci: *maxime*, restrictio à SCHILTERO obrufa, cum potius natura ejus consistat in hoc, ut præcedentia concedantur, & sequentia amplientur; atque significat rō *maxime* uno verbo: *multo magis*; id quod ex Auctoribus facilime demonstrari potest. Sive itaque juxta correctionem CVJACII ponas *divisum*, aut *indivisum*, eadem erit ratio, utrobique renovatio necessaria & juramentum præstandum. Imo Jus Germ, ipsum SCHILTERO contrariatur; quamvis enim Dominus unum liberorum tantum investire tenetur, omnes tamen ad illum eligendum concurre-re debent. Quod nisi fecerint aliqui, & intra annum petant, jure suo excidunt. AVCT. VET. §. 77. verb. *si quis filiorum suum negligat terminum, ab illo Domi-*

Error Schil-
ter
et
sulla
notis

D 3

nus

nus sit solutus ulterius. Add. *Jus Alemann.* cap. 60. §. 4.
Jus Sax. cap. 29. Si vero, ab uno, sufficit, petitam esse
renovationem, non apparet, quare in citatis textibus,
ab eo, qui suum neglexit terminum, Dominus solu-
tus dici queat.

§. XVII.

Alterum quod attinet, ex nimio patriæ, juriumque
Alius Schilt.
error. priorum, amore hinc inde lapsum SCHILTE-
RVM deprehendas. Quod etiam in præsenti casu fa-
ctum. Viderat ille conseruidines nostri Imperii; ne
vero Juris Longob. receptioni aliquid tribueret, ma-
luit ex Jure Alemannico hodierna jura, quam ex
Longobardico, deducere, aut in hoc explicando dextere versari. Si vero recte inspicias jura Germa-
nica, deprehendes ex contextu, rem ita se habere. Dominus non tenebatur, nisi unum, ex pluribus
Vasalli liberis investire. Hunc ipsi intra annum e-
ligeabant. Deinde huic conferebarur feudum priva-
tive, & ex hoc simultanea investitura cepit ori-
ginem, si quidem reliquis sola expectantia concedebat-
tur. Neque hic distinctio erat, sive bona divisa fue-
rint, sive non. Ita enim disponitur in *Jure Alemann.*
cap. 61. §. 3. Plane in arbitrio Domini positum est, ut
non, nisi natu maximum, investiat de jure. Si vero
ex gratia omnibus investitaram impertit &c. Et cap.
58. §. 4. dicitur: nec enim, nisi unum investit. Ratio
hujus eriam rei fuit, quod olim præcipue Seniora-
tus spectaretur; aut certe à divisione feudorum ab-
horre-

horcerent, uti ex hoc textu patet, & ipse SCHIL-
TERVS non negat ad cap. 61. §. 5. Consentit Sächs.
Lehn-R. cap. 29. der Herr ist auch nicht pflichtig mehr
Kindern/ denn einem/ ihres Vaters Gut zu leihen.
His ita se habentibus non jam opus est, de differentia
jurium antiquorum Germanicorum, Longobardici,
nostrorumque morum, querere. Vnde, ex peculia-
ri privilegio descendere, monet ITTER. d. feud. Imp.
cap. II. §. 2. quod Domus Brunsvicensis & Lunebur-
gensis per solum familiae Seniorem, nomine reliquo-
rum, investituram renovare, atque fidelitatis jura-
mentum praestare possit.

§. XVIII.

Disputanda vero hæc ideo fuerunt, ut jam facilius de successione in simultaneam investituram judi-
cari possit. Mortuo itaque simultanee investito, & u-
no filio reliquo, res dubio caret. At si plures sint liberi,
per superius deducta jura Germanica unus tan-
tum admittendus est in locum patris, neque dominus
tenetur, nisi volens, omnibus liberis renovare pater-
nam simultaneam investituram. Verum, desertis his
principiis, hunc usum praxis servat, ut liberis simulta-
neae investitorum de jure communi, & ubi aliud non
constitutum, jura successionis pro indiviso conserven-
tur, nisi ipsi uni tantum assignare velint. Num ve-
ro simultaneæ investituræ renovatione opus sit, in-
fra exponemus, &, de variis sententiis huc perti-
nentibus, dicemus. Servare itaque liberi hoc jus
Decisio ca-
sus, si plures
sint liberi.

fibi

sibi commune possunt, aut in unum transferre.

Dubium re-
movetur, si
liberi pater-
na bona di-
viserint.

Verum, cum nota sit Regula: Theilung bricht die ge-
samte Hand / quæri poterat, num bonis reliquis pa-
ternis divisis, nulla simultaneæ investituræ facta men-
tione, etiam hoc simultaneæ investituræ jus, per suc-
cessionem quæsitum, ruptum sit. Non jam loquimur
de divisione feudi, sed hæreditatis paternæ. Sane hæc
divisio feudalia, quæ alio jure censentur, ingredi, aut
jus simultaneæ investituræ alterare non potest, cum u-
tique nemini ex liberis assignatum sit solitarium simul-
taneæ investituræ jus, ergo nec appareat, quis illud
consequi debeat. Si itaque pater habuit simultaneam
investituram, mortuus est, liberi diviserunt hæredita-
tem, de simultanea investitura nihil dixerunt, hæc di-
visio nihil liberis aufert, sed ea non obstante, jus com-
mune in simultanea investitura retinuisse videntur.
Alia enim est feudi, de qua citata regula valet, alia hæ-
reditatis divisio. Pertinet hoc P. II. Cons. Elect. Sax. 45.
ubi expresse casus: si feudum dividatur, mentio fit,
verb. Gleicher gestalt so wird die gesamte Hand
und Ulnwartung / durch Theilung der Lehn-Gü-
ter / vermöge Sächsischer Rechte / gebrochen / und
derowegen sollen die / so sich getheilet / und hiebe-
vor die gesamte Hand gehabt / als dann ander-
weit Verneuerung des Gesamtnuß in gebührli-
cher Frist erlangen / die ihnen auch unweglich
geliehen werden solle. Cæterum notabilis est Doctri-
na ILL. DN. DE BERGER. Philoc. Resp. 74. p. 506. ubi ad divi-
sionem & resignatio & investitura requiritur.

idem

§. XIX.

§. XIX.

Ascendentibus nullam deferri successionem in feu-
dis, nemo est, qui ignoret. Ergo nec in simul-
tanea investitura eos succedere, manifestum est. Ex-
cipiunt communiter casus, si feudum ob merita pa-
tris sit concessum, aut pater in gratiam filii illud
refutaverit. Sed tamen repugnant textus AVCT.
VET. §. 91. seq. Pater, si resignat filio aliqua bene-
ficia à domino, hereditali jure filius non habebit hec be-
neficia, quia in eum non sunt hereditata. Similiter,
qui resignat beneficium domino, & post hoc iterum be-
neficio inbeneficiatus fuerit, hereditarium jus in hoc
perdidit. Add. Jus Alemann. cap. 70. & Sax cap 37.
Ratio etiam facile suppeditari potest, quod absurdura
sit, redire ad id, cui quis renunciandum putavit.
Illud autem nescio, cur THOMAS. ad cit. loc. Auct.
vet. in margine loco vocis: hereditali, maluerit sub-
stituere, allodiali, cum hæreditaria qualitas repugnet
naturæ feudali, & ex ipso contextu pateat, intelligi non
feudum hæreditarium, sed jure successionis ad liberos
transmissum, utrū & in pluribus locis hæredis & hære-
ditariæ appellationis mentio pro natura feudorum ex-
plicanda. Conf. §. 7. Non plane abhorret à Jure Germ.
Jus Longobard. 1. F. 5. §. 1. verb. si ille, ad quem feu-
dum per successionem jure obvenire debet, consenserit,
eos investiri, ad quos secundum rectum morem non per-
tinet, nullo modo ad eum repetendum regressum habet.
Sed contraria plane decisio habetur 2. F. 14. At concili-
liari forte diversa hæc jura possunt ex 2. F. 49. verb.

E

note

Nam ascen-
dentes ad-
mittantur.
Com. opinio.

in cuj. expli-
catione Tho-
mas. nota-
tur.

non obstat illud pactum, nisi feudum omnino refutaverit, vel nisi ad hoc refutaverit, ut Dominus eum de novo investiat.

§. XX.

Num Collaterales admissi possint, Resp. suo modo.

Collaterales quod attinet, illi aut sunt eadem simultanea investitura donati, & ita successione non opus est, aut non sunt, sic neque in simultanea investitura succedunt. Admittit tamen & ad successionem in hanc posse, nullus dubito, siquidem ea defuncto non primitus sit concessa, sed à communi ascidente acquisita. De Sax. gravius dubium emergit, ubi collaterales non succidunt, nisi & ipsi investiti. Sed tamen & hic casus ocurrere possunt, v.g. cum pater simultanea investitus moritur, duobus relictis filiis, qui eandem investituram simultaneam communem retinuerunt, deinde vero & unus ex iisdem decedit, tunc superstes, quam ante communem habuerat, nunc in solidum retinet simultaneam investituram. Possem hic multa adjicere de pluribus extraneis, & quibuscumque simul investitis concurrentibus, eorumque in feuda successione, & quis reliquis præferri debat, verum cum mihi constitutum sit, non de successione in feudum, sed in simultaneam investituram, agere, de industria abstineo, & jam ad ultimum dissertationis membrum accingor, quo de amissione juris hujus quæritur.

§. XXI.

Vlt. Diff. caput. **D**enique de amissione successionis in simultaneam investituram dicemus. Huc pariter communes ad

ad feloniam pertinentes causas non repetam, sed solum de iis dicam, quæ speciatim ad nostrum thema revocari possunt. Id vero jam in mentem venit, si simultanee investiti filius delictum in dominum admiserit, antequam ipsi simultanea investitura deferretur, num postea excludi propterea ab eodem possit. Deciditur res quidem aperte 2. F. 55. §. 2.

Num amittatur successio in similitudine investit. si filius ante deliquerit.

Insuper, si filius Vasalli dominum offenderit, pater à Domino requisitus deducat filium ad satisfaciendum domino, vel à se filium separet, alioquin feudo privatetur. Si autem pater vult eum deducere, ut satisficiat, & filius contemnit, patre mortuo in feudum non succedit, nisi prius satisficerit Domino. Patet ex his, simpli- citer filium excludi non posse ob delictum, ut in Vasallo ipso fieri potest. Deinde, si Dominus satis- fieri sibi non pettit, etiam non impeditur successio. At queritur, quid sit statuendum, si quis post fa- Etiam simultaneam investitiram delictum admittat. Videri posset iste à poena per citatum textum ex- cusandus, quia nondum successio ipsi delata; Sed, cum fidelitas promitti à simultanee investiendo de- beat, & soleat, adeoque nexus sit Vasallus Domino, ipso simultaneæ investituræ iure privari investitum posse, nullus dubito, siquidem non in futurum Do- minum, sed jam præsentem, deliquit. Cæterum illud dubium restat, quomodo satisfaciendum sit laeso Do- mino; verum, cum modus in legibus non determine- tur, ad superiorem recurrendum est, si iniqua Dominus postuleret. In eo tamen DD. v.g. BORCHOLTEN.

Varii casus
recensentur.

Error ex jure
ment.

civ. hauftus, ment. in consuet. feud. cap. 7. num. 58. & 59. consentire
notatur? non possum, qui pœnam ordinariam propterea mitigan-
dam contendunt, quod filius à Vasallo Domino sit oblat-
tus. Seductos ita statuentes, arbitror, principiis Juris Ci-
vilis, secundum quæ pater vi potestatis patriæ filium suo
arbitrio puniendum judici offerre potest. Alia longe est
juris feudalis ratio, & maxime in casu nostro præsenti,
ubi agitur non de patre, sed de Domino læso. Ad effe-
ctum ergo minuendæ pœnæ fas non est Vasallo, aliam
& mitiorem pœnam postulare. Imo & jure civili parenti-
bus solum propriam injuriam ita vindicare permitti-
tur, sed in reliquis leges civiles abrogare, aut de illis
dispensare, aut tertium satisfactione debita defraudare,
fas non est. Vnde absurditas judicum, filium homici-
dam ex relatione Salyceti mitius punientium, quod pa-
ter filium iis obrulerit, manifesta est, eoque manifestior,
quia de jure divino capitalis constituta pœna est, quam
nec leges civiles, nec patris oblato, nec aliud quid, de
jure tollere potest.

§. XXII.

si omessa re-
novatio in-
vestit. simult.

In superioribus dictum quoque est de renovatione si-
multaneæ investituræ, quam, nisi successio in ipsum
feudum deferatur, non necessariam ducimus de jure
communi, quamvis aliud de jure Sax. Elect. obtineat
per P. II. Conf. 45. ubi præmissa distinctione inter ex-
pectativam (Geding) & simultaneam investituram (ge-
samnten Hand) de posteriori ita constituitur, der ge-
samnten Hand soll ein jeder / dem sie verschrieben/
wenn dieselbige durch Absterben des Lehn-Herrn/ oder
Lehen:

Lehen: Mannes und Besitzers/ gebrochen/ ob er gleich
 das Guth in würclichem Besitz nicht hat/ innerhalb
 Jahr und Tag/ folge zu thun pflichtig seyn. Juxta hanc
 Const. renovanda solum est investitura, mortuo aut Va-
 fallo, aut Domino directo. Ergo cum istius casus, quan-
 do simultaneæ investitus mortuus, nulla fiat mentio,
 neque renovatio jubeatur, ultra verba expressa exten-
 denda non videtur laudata Constitutio. Præterea, quia
 juribus aliis talis renovatio non desideratur, lex quo-
 que citata, ceu exorbitans, & à jure communi re-
 cedens, stricte interpretanda censerri posset. Hinc
 etiam non necessariam judicat renovationem BEYER.
 Post. Jur. Feud. cap. 6. in fin. ubi addit rationem:
 quoniam mutatio non contingit, weil sich kein Lehns-
 Fall ereignet. & ZOBEL. P. III. Diff. 19. Dissentit vero ni-
 hilominus HORN. Jur. Feud. cap. XVII. §. 7. cum BERLI-
 CHIO. Id vero simultaneæ investito non obest, quod Va-
 fallus officio suo in renovanda investitura defuerit, mo-
 do ille rite officii sui partes expleverit. Neque enim a-
 lienum delictum tertio nocere, sed facta suos auctores
 tenere debent; neque jus simultaneæ investituræ depen-
 det à Vasallo, sed Domino investiente. Facillimum id
 est probatu arguento Vasallorum ab intermedio Do-
 mino res suas possidentium, de quibus Jus Alemann.
 cap. 49. §. 1. Obe das Kind seine Forzahl versümet ge-
 gen sume Herren/ das schadet denen Mannen an irem
 Lehn nicht ic. sie sollen an den Herren kommen/ und ihr
 Lehen an ihm fordern, &c. Eadem pene verba legun-
 tur in Sachß. Lehn. R. cap. 25. nec non AVCT. VET. qui
 §. 60.

An necessaria
 mortuo sim.
 investito.

Culpa Va-
 falli num in-
 vestito noce-
 at?

§. 60. ait: *si filius Domini terminum suum negligat, homo secundo termino non careat*, i. e. prout facile res ex Jure Sax. explicatur, Vasallus intra annum, domino intermedio præfixum, à superiore renovationem non petit, sed, si Dominus intermedius annum elabi passus fuerit, tunc demum Vasallus ad superiorem converti debet. Ad eo etiam Juris Feud. DD. favent Vasallo, ut, siquidem iste neglexerit terminum, mortuus tamen fuerit, antequam Dominus mentem de privatione declararet, ad ejusdem hæredes transmitti privationis poenam negant. Conf. HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. 35. num. II. & 12. Idem ergo ex eorum mente de simultanea quoque investitura judicandum.

§. XXIII.

Si feudum alienatum, num extinguitur sim. investit.

Porro alienatione feudi extingui concessam expectati-
vam, & per argumentum, simultaneam investituram,
docet textus Sächs. Lehn. R. Cap. 5. verb. lässt auch je-
ner das Guth/der es in Gewehren hat/auf/das Geding
daran ist gebrochen. Varias quæstiones hic occurrentes
ab invicem puto separandas. Primario spectandum est,
num Vasallus consenserit in simultaneam investituram,
tunc ipse jus semei ex pacto quæsumum per alienationem
intervertere nequit, nisi investitus sponte sua recedere,
& in alienationem consentire, velit. Quæ etiam sententia
comprobatur in Conf. El. 45. P. II. Vbi vero Vasallus in
simultaneam investituram non consensit, neque impe-
dire investitus alienationem potest. Et hactenus jus i-
psius expiravit. Ita facile conciliari possunt textus juris
Sax.

Sax. & Alemanni, quorum prius negat consensum Vasalli necessarium, vid. Sachß. Lehn-R. cap. 10. posterius vero affirmat cap. 19. Alter si rem explicare, atque simultaneam investituram sine possessoris consensu plane invalidam statuere vellemus, forte recideremus in principia Juris Rom. de pactis dispositivis. At, cum sine Domini consensu feudum alienari non possit, merito ad interesse investito tenetur, quod suo consensu sparatam forte successionem ademerit. Quæ tamen ipsa actio tunc cessat, ubi Vasallus absque novo Domini consensu de feudo disponere poterat.

§. XXIV.

Denique simultaneam investituram, & omne jus in-
de quæsitum, atque ita etiam jus succedendi in il-
lam, tunc amitti statuunt nonnulli, si duo de mutuis
feudis investiti, sed unus feudo suo exciderit. Sic e-
nī, ajunt, cum alter in ipsius feudum succedere am-
plius non possit, etiam illi simultaneæ investituræ
effectus negandus, neque casu emergente in feodium
admittendus. Si hoc, sponte sua patet, succedi in si-
multaneam investituram ejus non amplius posse, qui
feodium suum ipse amisit. Sententiam hanc in primis
tuetur STRYK. Vol. I. Diff. ult. Cap. V. num 21. 22. verb.
simultanea investitura ipso jure mutuam seu reciprocam ob-
ligationem & jus invicem succedendi operatur, dum inter
taliter investitos quadam quasi societas, ac communio circa
successionem introducta, ac propterea nec juri naturæ con-

F

fenta-

Sim. investi-
tus, si feu-
dum suum
amisit, num
retineat in a-
lio feudo
investituram.

sentaneum videtur, ut unus simultaneam investituram, quam cum alio habet, retineat, solum vero ab eodem jure, quod vicissim in bonis suis habuit, sine facto & consensu ipsius repellat, quod Leoninae societatis speciem preferret. Duo mihi dubia in his videntur, primo, Vasallo in simul investiti bonis successionem non competere, manifestum est, nisi ipsi jus idem tributum fuerit. Nec enim sequitur; ille mihi successionem concessit, ergo eandem retribui oportet. Descendit successio ex patre, quod si unilaterale fuerit, bilateralem effectum producere non potest. Deinde qua alterum consentiendum duco STRYKIO, si Vasallus dolose feudo se privarit. At si alis ex causis, v.g. ob debita feudalia &c. possessione excidit, neutiquam ei simultaneam investituram in alterius feudo auferendam existimo, quamvis ille alter ipsi amplius jam succedere non possit. Nolo in hanc rem prolixius inquirere, cum integrum quæstionem de eadem habeat HARTM. PIST. Lib. II. P. II. qu. 24. Adjicio de superfluo Responsum à Fac. Jur. Vit. Mense Novembri a. pr. in eandem sententiam datum.

Auf die 4te Frage erkennen wir vor Recht:

Obwohl unbillig zu seyn scheinet/ daß derjenige/ welchen man anfänglich aus gutem Willen in die Mitbelehnshaft auf- und angenommen/ hernach- mals durch seinen dissensum dem Vasallo Be- schwörlichkeit verursache/ nemo enim debet libera- litatis suæ poenam pati.

l. 62. ff. de adilit. Edict.

Dans

Dannenhero / daß die Mitbelehnte in feudo, per propria merita acquisito, liberam de feudo dispositionem nicht hindern können / unterschiedene Rechts-Lehrer behaupten/ zumahlen einem expectativato das jus contradicendi überhaupt negiret wird / überdies derjenige/ welcher selbst um sein Lehn gekommen/ und zugleich andere um ihre Mitbelehnshafft gebracht/ derselben wieder an fremden Lehn vor verlustig daher zu erklären/cum, quod quis juris in alium statuerit, eodem& ipse uti debeat,

tot. tit. ff. quod quisque juris in alium. &c.

Dennoch aber und dieweil die Aufnehmung in die Mitbelehnshafft dem Ansehen nach nicht ex mero beneficio Vasalli præsentis, sondern schon vor ihm geschehen/ andern theils/ wenn auch solches wäre/ dennoch einem Mitbelehnten das einmahl acquirirte Recht wieder seinen Willen nicht genommen/ noch sine causa das beneficium revociret werden kan/ quod enim ab initio est voluntatis, ex post facto fit necessitatis, und es diffalls mit der simultanea investitura eine ganz andere Beschaffenheit hat/ als mit einer blossen expectativa, hierüber/ daß der Mitbelehnte sich dolose um das Lehn gebracht/ nicht erscheinet/ retorsio hingegen in dergleichen Fällen/ desjenigen dolum, wieder welchen man solche

zu exerciren gedendet/ erfordert/

So ist N. N. der Mitbelehnshafft nicht ver lustig zu erklären/ auch wieder seinen Willen den be- gehrten consens zu ertheilen nicht schuldig.

A MON-



A MONSIEUR RICHTER.

Je laisse, à des WERNHERS à louer Ta
science,
Cest à ces grands esprits à rompre le silence,
Pour tant de l'amitié suivant les mouvemens,
Je vais du fond du coeur T'ouvrir mes sen-
timens:

*Veux-Tu bien servir Ton PRINCE ou Ta
Patrie,
Sur ces rares modeles regle toute Ta vie.*

Je suis ravi de Vous pouvoir prouver par ce peu de
lignes, combien je suis sensible à l'honneur, que
Vous me faites de me prendre pour oposer à
Vos Theses; Je Vous en remercie très humble-
ment, et suis tout à Vous

VOTRE Serviteur


Gillaume Antoine Tammena
d'Aurich.



Wittenberg, Diss., 1731

X 237 1957







F. G. num. 16 1731 20

DISSERTATIO JVRIS FEVDALIS
DE
SVCCESIONE
IN SIMVLTANEAM
INVESTITVRAM
EX JVRE ALEM SAX. LONGOBARD. ETC.
P. 339.

QVAM
PRAE S I D E
JO.FRIDER.WERNHERO,D.
P. P. CVR. PROVINC. SCABIN. ET FAC. JVR.
ASSESS. SVBST.

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
EJVSDEMQVE AVDITORIO JCTORVM
D. JAN. MDCCXXXI.

HORIS CONSVETIS
VENTILANDAM PROPONET

A U C T O R
GOTTLOB ADRIAN RICHTERVS,
CYGNEA- MISNICVS.

VITEMBERGAE, STANNO SCHLOMACHIANO.

